



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

229. Item de incestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

298 R E G I N O N I S L I B . II.  
pœnitentiam anathemate percutiatur. Similiter si cum ea quam de fonte suscepit, vel quam ante Episcopum tenuerit, fornicatus fuerit. Legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem.

Item de incestis. *Ex eodem.*

Concil. Vvor-  
mac. c. 36.

C C X X I X . Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum conjugium pœnitentiam agat. Scilicet per triennij tempus à corpore & sanguine Domini suspendatur, carnem non manducet, vinum non bibat; & omnibus diebus jejunet, exceptis festis & dominicis diebus. Similiter de mulieribus quæ patri se clanculo in concubitu prostraverunt & filio observandum est, & qui duabus se absconsè sororibus pollutos cognoscunt.

Quod cum sacramento inlicita conjugia solvenda sunt. *Ex Concilio Triburienſi.*

Concil. Tri-  
bur. c. 49.

C C X X X . Quorum illicita conjugia scindenda sunt, volumus ut juramento confirmante ad unam mensam nec sub uno teſto simul cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, niſi in publico aut in Ecclesia. Res quas communes habuerint dividant, ne aliqua ſuspicio poſſit naſci atque increſcere.

Juramentum de parentela quomodo inquirendum.

Burchard. lib.  
7. c. 25.

C C X X X I . De illa parentela quam dicunt eſſe inter illum & iſtam ejus conjugem, quicquid inde ſcis vel audisti computare à tuis